UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

III. Graf Bernhard von Wölpe bekundet Schenkungen an das Kloster Mariensee mit Zustimmung seiner Schwiegersöhne, unter denen Graf Siegfried von Osterburg, am 27. Dezember 1215.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

quiſ .contra id, quod prouide de conſenſu partium eſt contractum, preſumtione temeraria uenire preſumat. Datum per manum Tiderici notarii noſtri, anno conſecrationiſ noſtre III.

Falcke's Tradit. Corbecenses p. 779.

II. Graf Siegfried von Oſterburg ſchenkt dem Kloſter St. Burchard bei Halberſtadt ſieben Hufen zu Adersleben, am 29. December 1214.

Ego Sifridus, in Hoſterburg Comes, et Ego Sophia, eiusdem loci Comitiſsa, — pro ſalute et redemtione animarum noſtrarum et parentum noſtrorum ac heredum Werneri, Sifridi, Sophie, Hermengardis, defunctorum, Halberti Comitis, Werneri et Halberti fratrum, Sophie Comitiſse, ac Bernardi Comitis de Welpa, partem predii noſtri in Hadesleve, ſcilicet ſeptem manſorum, eccleſie Beati Jacobi ad nouum opus perpetualiter contulimus. —— Acta ſunt hec publice in pirali Comitis Haldenhuſen. Anno dominice incarnationis MCCXIV. — IV. Cal. Ianuarii.

Nach Wohlbrück's Excerpten aus einem Copialbuche des Kloſters St. Burchard zu Halberſtadt.

III. Graf Bernhard von Wölpe bekundet Schenkungen an das Kloſter Marienſee mit Zuſtimmung ſeiner Schwiegerſöhne, unter denen Graf Siegfried von Oſterburg, am 27. Dezember 1215.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Ego Bernhardus de Wilipia, Notum eſſe deſideramus vniuerſis omnipotentis Dei dilectoribus, tam preſentibus, quam futuris, ad quos hec preſens pagina peruenerit, quod de patrimonio noſtro et de feudo, quod ab Eccleſia Mindenſi tenemus, ſcilicet in decimis, Eccleſie in Lacu ſancte Marie, quam ipſi ſundamus in honorem Dei et beatiſſime Virginis Marie ſanctique Johannis Euangeliſte et omnium ſanctorum, ad vſus cenobii, Abbatiſſe et omnium tam dominarum quam fratrum ibi Deo ſeruiencium, pro remiſſione delictorum noſtrorum parentumque noſtrorum, crucem (curtem?) videlicet in Catenhuſen, vbi ponitur Clauſtrum, cum omnibus attinenciis ſuis, et alia bona, quanta poſſumus deuocione et humilitate et plena libertate conferimus. Ne autem facultas violandi hoc ſcriptum noſtrum poſteris noſtris detur; fecimus ea ſcribi in preſencia noſtra, cum conſenſu ac voluntate vxoris noſtre Sophie, et filiarum noſtrarum Rikeçen, Sophie, Jutte, et ſocerorum noſtrorum Henrici, Sifridi, Wlradi. Huius rei teſtes ſunt: Wernherus de Hocberge (forte Hodenberge), Bruningus de Brema, Guntherus, Dapifer, Willermus, frater eius, Hi fuerunt cum Comite Henrico de Hoye. Aduo-

catus Freithericus de Saltzwedele, Henricus de Hagen, Hermannus de Vnſtede, Conradus Briggeto, Reinoldus de Storebeke, Henricus de Storebeke, Thidericus de Mirica, Henricus de Beben, Zeboldus de Rorebeke, Hi fuerunt cum Comite Syphrido de Oſterborch. Cum Comite Wlrado quam plures, Item Johannes Bruggehuſen, Willekinus, frater eius, Freithericus de Lo, Wedekinus de Bobere, Godeſcalcus de Redeſe, Freithericus de Permunt, Bernhardus de Baldigge, Henricus de Perne. Iſti nobiles interſuerunt: Wedekinus de Lo, Georgius de Stegerthen, Henricus de Thiſenhuſen, Segebodo de Borch, Bertheramus Dapifer, Hi Caſtellani erant preſentes: Thidericus de Sconelo (alias Slon), Ludolfus de Nienburch, Reinhart de Vorenholte, Juſtacius de Vorenholte, Hartmann de Emplethe, Otto de Staden. Bertoldus de Ouerſtede, Johannes de Dolnere, Hermann de Fethenhuſen, Volbrandtus de Stockem, Jacobus de Banesberge, Engelbertus de Thiſenhuſen, Johannes de Syllerdeſen, Kerſtianus de Holthorpe, Theophilus de Lerbeke, Kerſtianus de Odwede, Conradus de Olethorpe, Ekkehardus de Methorpe, Frithericus de Wedle, Elerus Wideke et alii quam plures, qui interſuerunt quando conuentum in Wornhagen ab omni aduocacia liberum ſuſcepimus, et ſemper tenebimus liberum. Bona vero, que ei contulimus, ſunt hec: Decima in Snedere; decima in Meringe: decima in Bothmere; decima in Threueren; decima in Otherenhagen; decima in Grawithe et vna domus ibidem; molendinum in noua ciuitate; Eccleſia Baſſe cum omnibus attinenciis ſuis; ſilua Berchorn. Acta ſunt autem hec anno incarnacionis dominice MCCXV. VI. Kal. Ianuarii. Indictione ſecunda.

Origin. Guelfic. IV, 149.

IV. Papſt Honorius III. beauftragt Hildesheimſche Prälaten, den Grafen von Altenhauſen, welcher dem Capitel zu Scheiningen gewiſſe Beſitzungen entzogen hat, zur Rückgabe derſelben anzuhalten, am 30. October 1220.

Honorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Decano, cantori et ſcolaſtico Ildeſemenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sua nobis Scenignenſe capitulum querela monſtrarunt, quod nobilis uir... Comes de Aldenhuſen, Alberſtadenſis dioceſis, eorum eccleſiam quibusdam poſſeſſionibus contra iuſtitiam ſpoliauit, ſuper hoc et aliis dampna eis grauia inferendo. Quocirca diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus comitem ipſum, ut eidem eccleſie poſſeſſiones predictas reſtituat et de dampnis ſatisfaciat omni ſeria admonitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota mediante iuſtitia compellatis. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio uel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis ueritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo ueſtrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani, III kalendarum nouembris, pontificatus noſtri anno quinto.

Falcke Tradit. Corbeiensis 779.